Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

elemosinam. noli tuba canere ante te. sicut ypocrite faci
unt in synagogis et in vicis. ut honorificentur ab hominibus.
Amen dico vobis. receperunt mercedem suam. Te autem faci
ente elemosinam. nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua.
ut sit elemosina tua in abscondito. Et pater tuus qui videt
in abscondito reddet tibi. Off. Domine vivifica
me secundum eloquium tuum ut sciam testimonia tua. Sec.
Adiuva nos deus salutaris noster. ut que collata nobis ho
norabiliter recensemus. devotis mentibus assequamur. P. Prefatio.
Qui corporali ieiunio. Co. Servite domino in timore et exultate
ei cum tremore apprehendite disciplinam ne pereatis de via iu
sta. Co. Spiritum nobis domine tue caritatis infunde. ut quos
uno celesti pane satiasti. tua facias pietate concordes. P. Super populum.
Tuere domine populum tuum. et ab omnibus peccatis clementer e
munda. quia ei nulla nocebit adversitas. si nulla dominetur
Esto michi in deum. Protect. Adesto Sabbato. Iniquitas. P.
domine supplicationibus nostris. et concede ut hoc sollempne
ieiunium quod animis corporibusque curandis salubriter institu
tum est. devoto servicio celebremus. P. Ysaie prophete. Hec dicit dominus.
Si abstuleris de medio tui cathenam. et desieris digitum
tuum extendere. et loqui quod non prodest. cum effuderis esurienti
animam tuam. et animam afflictam repleveris. orietur in te
nebris lux tua. et tenebre tue erunt sicut meridies. Et re
quiem tibi dabit dominus deus tuus semper. et implebit splendo
ribus animam tuam. et ossa tua liberabit. Et eris quasi or
tus irriguus. et sicut fons aquarum. cuius non deficient aque.
Et edificabuntur in te deserta seculorum. fundamenta generationis